


Buiniinch

De
Judeo
iuris
patrona
ter
imposte

1777





E. 15. num. 37.


GOSWINI JOSEPHI
DE BUININCK

SERENISSIMO, AC POTENTISSIMO
PRINCIPI ELECTORI PALATINO, QUA
DUCI JULIACensi, AC MONTENSI A
CONSILIIS INTIMIS, SUPREMÆ APPELLÀ-
TIONUM CURIAE ADSESSORIS, NEC
NON BIBLIOTHECARI

RECITATIO
EXTEMPORALIS
^{D E}
JUDÆO
JURIS PATRONATUS
IMPOTE.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
APUD HENRICUM JOSEPH. SIMONIS
BIBLIOP. 1777.





CONSPPECTUS.

- §. I. *Jus Patronatūs unā cum re, cui an-*
nexum est, vendi, ac transferri po-
test.
- §. II. *Ratio VIVIANI adducitur.*
- §. III. *Ratio AVEZANI præplacet.*
- §. IV. *An Juris Patronatūs capax sit Ju-*
dæus possessor rei, cui Jus Patronatūs
cohæret?
- §. V. *Theologi, ac Canonistæ plerumque ne-*
gant.
- §. VI. *Rationes eorum examinantur,*
- §. VII. *Ac diluuntur.*
- §. VIII. *Nibilominus communis opinio reti-*
netur.
- §. IX. *Primò, quia Jus Patronatūs Laicis be-*
nignè, atque ex speciali gratiâ con-
cessum,
- §. X. *Adeoque Iudeis non communicandum*
est.
- §. XI. *Secundò, quia Patrono competit Juris*
honorifica,


A 2

§. XII.

- §. XII. *Quibus Iudei indigni sunt.*
§. XIII. *Tertio, quia Patronus idoneum præsentare debet,*
§. XIV. *Quod de Iudeo præsumendum non est.*
§. XV. *Quarto, quia Patronus defendere teneatur Ecclesiam,*
§. XVI. *Cui Iudei plurimum infesti sunt.*
§. XVII. *Dubium removetur.*
§. XVIII. *Ius conferendi Episcopo, vel Ius instituendi habenti adscribitur.*
§. XIX. *Transennaliter movetur quæstio, an Ius Patronatus reviviscat casu, quo Iudeus vel Fidelis fit, vel Fidelis prædium cedit.*



RE-



RECITATIO EXTEMPORALIS.

§. I.



Quantumlibet Jus Patronatūs,
quod induit naturam rei
sacræ, & spiritualis, cui
annexum est (a) per se,
&

(a) Significanter ALEXANDER III. *Cap.*
3. X. de Judiciis tradit: *Causa enim*
Juris Patronatūs ita conjuncta est, &
connexa spiritualibus causis, quod non
nisi ecclesiastico judicio valeat definiri.
Apud ANTONIUM AUGUSTI-
NUM *Antiq. Collat. I. Lib. II. Tit. 1.*
Cap. 5. legitur: Causa vero Patronorum
Ecclesiarum ita juncta est, & connexa ec-

A 3 cle-

& seorsim omnem alienationem, ac com-
mer-

clesiaſticis cauſis, quod non niſi ecclēſiaſ-
ſtico iudicio valeat diſiñiri, & apud
ecclēſiaſticum Jūdicem ſolummodo ter-
minari. Contra GONZALEZ TEL-
LEZ in Comment. in Cap. 3. X. de Ju-
dic. ex Concilio Lateranenſi ſupplet:
*Quanto te diuinā gratiā, ſummāque pro-
videntiā majoris gratiæ privilegio deco-
ravit, tanto viros religiosos majori debes
charitate diligere, & in iuſtitiis ſuis ma-
nutenere propensiūs, & fovere.* Cauſæ
Patronatūs Eccleſiarum ita juncṭæ ſunt,
& connexæ ecclēſiaſticis cauſis, quod non
niſi ecclēſiaſtico iudicio valeant defini-
ri, & apud Jūdicem ecclēſiaſticum ſolummo-
do terminari. Qui verò Jus Patronatūs
ſpiritualibus cauſis juncṭum, & con-
nexum ſit, BARBOSA in Collectan. in
Jus Pontif. Tom. VI. Lib. II. Tit. I.
Cap. 3. num. 7. ſequentibus exponit:
 „ Ex auſtoritate Eccleſiae antecedenter
 „ annectitur spiritualibus, ad quæ di-
 „ rigitur, & per illud præſentantur
 „ Miniftri ſpiritualis officii, qui ad Sa-
 „ cramenta ministranda, & diuina Offi-
 „ cia celebranda in Eccleſiis patronatis,
 „ & non aliter per Epifcopos ordinan-
 „ di

mercium exceptâ donatione (b) effugiatur

„ di sunt. *dicto cap. decernimus*, sicut
 „ ex eodem S. Thomâ, & aliis vasa sa-
 „ cra, & ornamenta quædam antece-
 „ denter spiritualibus annexa dicuntur,
 „ ex eo, quod velut præparatoria an-
 „ tecedunt spiritualia, ad quæ necessa-
 „ ria ordinantur, *cap. vasa, c. vestimenta, de consecr. distinct. i.* & ex diverso
 „ secundum eundem S. Thom. recep-
 „ tum, Beneficia ecclesiastica dicuntur
 „ spiritualibus annexa consequenter,
 „ vel dependenter, quia ex auctoritate
 Ecclesiæ consequuntur, dependent
 „ ab administratione Sacmentorum,
 „ & officio clericali, propter quod Be-
 neficium confertur *c. ult. de rescript.*
 „ & *c. secundum, de præbend.* Et licet
 „ hic respectus, & ordo antecedens ex
 sententiâ S. Thomæ fatig sufficiat, ut
 „ Jus Patronatus spiritualibus annexum
 dicatur, quia tamen is text. in illo
 „ non qualem qualem, imò nec mag-
 nam, sed maximam, & peculiarem
 „ quandam, seu multiplicem annexio-
 nem denotat, dum inquit, ita con-
 „ uncta est, & annexa, si expendas
 geminata illa verba, & particulas,

A 4

ita

giat (c); illud tamen cum re, videlicet
castro

„ ita, ut juxta text., & *ibi* tradita *in*
 „ *cap.* si pro debilitate, *vers.* nisi, de
 „ offic. deleg. §. I. *Instit.*, per quas per-
 „ sonas nobis acquir. *ibi*, & *hoc* ita, &c.
 „ notat Dec. *hic* n. 3. dici potest ad hu-
 „ jusmodi annexionem, de quâ textus
 „ agit, ultra rationem S. Thomæ, quæ
 „ principalior est, attendi etiam insti-
 „ tutionem, quam Abb. & alia, quæ
 „ Navarr. & alii in proposito conside-
 „ rant, ita, ut ex omnibus insurgat,
 „ & resultet maxima illa conjunctio,
 „ quam Pontifex *hic* attendit.

(b) *C. 14. X. de Jure patron.* & c. un. eod. in 6.
 Et quidem non tantum Ecclesiis, Mo-
 nastryis, Religiosis, & Clericis, sed
 etiam Laicis donari potest. AVEZAN
in Dissertat. de Jure Patron. Cap. VIII.
 apud MÆERMAN *in Thesaur. Jur. Ci-*
vil. & Canon. Tom. IV. pag. 366. 4. &
 FLORENS *in Tractat. ad L. III. Decr.*
Tit. XXXVIII. de Jure Patronat. sive
Operum jurid. Tom. II. pag. 369. curante
 inlustri Domino LORBER A STOER-
 CHEN. Ita tamen, ut si Patronus Jus
 Patronatus Ecclesiæ, in quâ illud habet,
 donet, donatio sine consensu Episcopi

va.

castro, villáve, cui adhærescit, vendi, ac
transferri posse dubio vacat. (d)

§. II.

Rationem VIVIANUS (e) adfert: "Quia
contractus videtur tum initus super rebus
temporalibus, & non super Jure Patrona-
tūs, quod accessoriè transit. *Gloss. in ca-*
quer.

valeat; sin alteri, donatio non valeat,
nisi ab Episcopo approbetur. SCHAM-
BOGEN *in Lection. in Lib. III. Decret.*
Tit. XXXVIII. §. 42.

(c) *C. 5. X. de Rerum permut. & C. 16. X.*
de Jure patronat. Equidem MAT-
THÆUS *in Manuduct. ad Jus Canon.*
Lib. II. Tit. 12. pag. 212. adnotat, Jus
Patronatūs cum ex spirituali jam nihil
trahat, hodiernis moribus etiam vendi
posse. Verū cum Augustanæ Con-
fessioni addictus sit, per me secundūm
jus suum judicet, ut eundem sequitur
PERTSCH *in Element. Jur. Canon.*
Lib. II. Tit. 26. §. 883.

(d) *C. 18. X. de Sent. & re jud. C. 7. & 13.*
X. de Jure patronat.

(e) *in Rational. Jur. Pontif. Lib. III. Tit.*
XXXVIII. Cap. 7.

„ quer. de simon. Et quoniam quod princi-
 „ paliter agitur, est attendendum, non quod
 „ in consequentiam venit. c. cum voluntate
 „ de sent. excom. Et magis dignum potest
 „ accedere minus digno. l. in modicis ff. de
 „ cont. empt. Ideo licet contractus non gra-
 „ tuitus prohibeatur super Jure Patronatus.
 „ Sup. cap. prox. Tamen si contractus non
 „ gratuitus intervenit in aliquâ Universitate
 „ temporalium, Jus Patronatus existens in
 „ Universitate, tranfit ex illo titulo non
 „ gratuito.

§. III.

Subtilius JOANNES D'AVEZAN (f) philosophatur : " Tiberius apud Tacitum
 „ Lib. I. Annal. cum quidam accusaretur
 „ impietatis adversus Principem, quod sta-
 „ tuas Cæsaris, quas inter res sacras recen-
 „ sebant, cum hortis mancipasset, respon-
 „ dit statuas Principum venditionibus hor-
 to-

(f) in *Dissertat. de Jure Patron.* Cap. VIII.
Apud MEERMAN cit. Tom. IV. pag.
368. 3.

„ torum accedere solere. Et quanvis se-
„ pulchrum à nemine obligari posse constet
„ ex l. 3. c. quæ res pignori obligari possunt,
„ & l. 2. c. de religiosis. Ac proinde frustra
„ testator cavere videatur l. 38. §. Julius D.
„ de Legat. 3. Ne ullo modo reliquias ejus
„ heres pignoreret, vel alieneret, id est, sepul-
„ chrum, ut ibi rectè Glossa, ut in veteri
„ marmore eâ conditione, ne fiduciet, ne
„ vendat, néve quo alio genere id sepulchrum,
„ sive monumentum alienare potestas sit. Di-
„ cendum tamen est eam cautione superva-
„ cuam non esse, quia licet locus sacer, vel
„ religiosus, quale est sepulchrum, specia-
„ liter vendi non possit, potest tamen emp-
„ tione majoris partis accedere d. l. 22. d.
„ h. 24. & l. 5. D. de actionib. empti. quo
„ sensu §. ille Julius accipiens est, ut ibi
„ rectè Glossa, quod similiter de pignore
„ intelligendum esse puto, nempe ut per
„ accessionem fieri possit, non per se l. 9.
„ Cod. de religiosis, & sumptib. funer. princi-
„ pali scilicet per prævalentiam ad se tra-
„ hente id, quod vice accessionis fungitur
„ l. 23. §. 1. D. de rei vindicat. ut patet ex
„ supe-

„ superioribus exemplis. Eodemque mo-
„ deramine, & temperamento adhibito in-
„ terpretari oportet, quod Tertullianus in
„ Apologetico, dum reprehendit supersti-
„ tiones Romanorum, ait: *Domesticos Deos,*
„ *quos Lares dicitis, domesticā potestate tra-*
„ *ctatis, eos pignorando, vendendo, permu-*
„ *tando.* Et B. Ambrosius in libro de To-
„ biā: *Ut fateatur pudoris dispendium, co-*
„ *gitur subscribere venditioni avitorum sepul-*
„ *chrorum.* Atque hunc modum servatum
„ fuisse in venditione sepulchrorum didici-
„ mus ex D. Ambroſio, qui de Abrahamo
„ scribens: *Sæpe, inquit, cum adjudicatio-*
„ *nibus possessionum venales fiunt, quæ in eis-*
„ *dem locis sepulturæ inveniuntur.* Sunt er-
„ go quædam, quæ etsi sola alienari non
„ possunt, tamen per Universitatem transi-
„ re, & aliis rebus accedere possunt, l. 62.
„ *D. de acquir. rer. dom.* quale esse Jus Pa-
„ tronatū ostendimus: hoc enim neque
„ vendi, neque alia qualibet ratione aliena-
„ ri, neque obligari posse per se, & sepa-
„ ratim d. cap. 16.; cum Universitate autem
„ vendi, & transferri posse vindicavimus ex
cap.

„ cap. 13. de Jure patronat. & ex cap. 18. de
 „ sentent. & re judic. ex. ut puta venditâ
 „ villâ, vendito castello, venditum esse in-
 „ telligitur Jus Patronatûs, quod in eâ, eóve
 „ est, nisi sit nominatim exceptum.

§. IV.

Inde derivandum videtur, quod Judæus,
 qui castrum, sive aliud prædium, cui Jus
 Patronatûs adhaerescit, sive Jure commu-
 ni (g), sive Jure speciali, ac ex privilegio
 Prin-

(g) Jure Canonico Judæos bonorum im-
 mobilium, scilicet domorum, terrarum,
 ac possessionum capaces esse GREGO-
 RIUS apud GONZALEZ TELLEZ
in Comment. in Cap. 2. X. de Judæis
 hisce docet: „ Multorum ad nos rela-
 „ tione pervenit, à Judæis in Lunensi
 „ civitate degentibus, in servitio Chri-
 „ stiana detineri mancipia. Quæ res
 „ nobis tantò visa est asperior, quantò
 „ à fraternitatis tuæ patientiâ opero-
 „ fior. Oportebat quippe te respectu
 „ loci tui, atque Christianæ Religionis
 „ intuitu nullam relinquere occasio-
 „ nem,

Principis (*b*) vel Domini territorialis (*i*)
ad-

» nem, ut superstitioni Judaicæ simpli-
 » ces animæ, non tam suasionibus,
 » quam potestatis jure quodammodo
 » deservirent. Quamobrem hortamur
 » Fraternitatem tuam, ut secundum
 » piissimarum Legum tramitem nulli
 » Judæo liceat Christianum mancipium
 » in suâ retinere domo. Sed si qui
 » penes eos inveniuntur, libertas eis
 » tuitionis auxilio ex Legum sanctione
 » servetur. Hi verò, qui in posses-
 » sionibus eorum sunt, licet ipsi ex Le-
 » gum distinctione sint liberi, tamen
 » quia colendis eorum terris diutiùs
 » adhæserunt, utpote conditionem loci
 » debentes, ad colenda, quæ consue-
 » verant, rura permaneant, pensio-
 » nesque prædictis viris præbeant: &
 » cuncta, quæ de colonis, vel origina-
 » riis præcipiunt, peragant, extra quod
 » nihil eis operis amplius indicatur.
 » Quod si quisquam de his vel ad alium
 » migrare locum, vel in obsequio suo
 » retinere voluerit, ipse sibi reputet,
 » qui jus colonarium temeritate suâ,
 » jus verò dominii sub juris severitate
 » damnavit. In his ergo omnibus ita
 te

adquisivit, Jure Patronatus quoque gaudeat,
præ-

„ te volumus solerter impendi, ut nec
„ direpti gregis Pastor reus existas,
„ nec apud nos minor æmulatio Fra-
„ ternitatem tuam reprehensibilem
„ reddat. ” Conferatur C. 16. X. de
decimis, C. 18. X. de usuris, § C. 17.
X. de Excess. prælat. Unde & Judæi
emphyteuseos ecclesiasticæ, nec non
feudorum habiles declarantur à MAN-
TICA de tacit. § ambig. convent. Lib.
XXII. Tit. 10. num. 14. & SCHRA-
DERO in Tract. Feud. Part. IV. Cap.
3. num. 7.

(b) Quin Judæus in locis, uti teste BAR-
BOSA in Collectan. in Cap. 5. num. 5. X.
de Judæis, in Statu Ecclesiastico, ubi
immobilium adquisitio Judæis speciali-
ter interdicta est, cum licentiâ Princi-
pis bonum immobile comparare valeat,
dubitandum non est.

(i) In Imperio Romano-Germanico po-
testas recipiendi Judæos invalescenti
paulatim Superioritati territoriali ad-
scribi cœpit. REFORMAEGION
guter Policey von 1548. Tit. von Ju-
den, und ihrem Wucher. LUDEWIG
in

præcipuè cum Judæi regulariter eodem cum Christianis jure utantur. (k)

§. V.

Quid? Num ergo & nos eandem cantilenam canamus, quam olim JUVENALIS (l) cecinit:

Nunc sacri fontes, nemus, & delubra locantur

Judæis, quorum copinus, fænumque suppellex.

Sal-

in Erläuterung der guldernen Bulle Tit. IX. §. 2. pag. 858. HERTIUS Opusc. Vol. I. Tom. II. Dissert. de Superioritate territ. §. 14. PFEFFINGER in Corp. Jur. Publ. Lib. III. Tit. XVII. §. 82. CRAMER Observat. Tom. IV. pag. 59. & Tom. VI. pag. 201. Nebenstunden Th. 109. pag. 68. STRUBEN Th. III. Bedencken LXX.

(k) BOEHMER in Jur. Ecclesiast. Protestant. Tom. IV. Lib. V. Tit. 6. §. 57. & CRAMER Observat. Tom. II. Part. II. pag. 518. & Tom. III. pag. 674.

(l) Satyr. III. V. 13. & 14. ibique FAR-
NABIIUS in Annotation. 18. 19. & 20.

Saltem interdicit & Theologorum, & Canonicistarum schola, quæ Judæos Jure Patronatus exules pronunciat. Ita AZORIUS (m) ita CASTROPALAO (n), ita PAULUS DE CITADINIS (o), ita VIVIANUS (p), ita FAGNANUS (q), ita SCHAMBOGEN (r), ita PIRHING (s), ita LEURENIUS (t), ita REIFFENSTUEL (u),
ita

(m) *Institut. Moral. Part. II. Lib. VI. Cap. 21. Quæst. 7.*

(n) *Oper. Moral. Tract. XIII. Disput. II. Punct. 4. num. 19.*

(o) *De Jure patronat. Part. III. num. 13. §³ seq.*

(p) *in Praxi Juris patronat. Part. I. Lib. II. Cap. 6. num. 11.*

(q) *in Commentat. in Cap. 25. num. 7. X. de Jure patronat.*

(r) *in Lection. in Lib. III. Decret. Tit. XXXVIII §. 20.*

(s) *in Jur. Canon. Method. Lib. III. Tit. XXXVIII. Sect. 1. §. 20.*

(t) *in Foro Benef. Part. II. Sect. I. Cap. 8. Quæst. 69.*

(u) *in Jure Canon. Lib. III. Tit. XXXVIII, num. 45.*

B

ita SANNIG. (x)

§. VI.

Passim provocant ad relatos à GRATIA-
NO GELASII, nec non Concilii Toletani
Canones, quorum primus (y) habet: "Piæ
,, mentis amplectenda devotio est, quâ se
,, Julius nobis in re Julianâ sui juris fundasse
,, perhibetur Ecclesiam, quam in honorem
,, sancti Viti Confessoris ejus nomine cupit
,, consecrari. Hanc igitur Frater charissi-
,, me (si ad tuam Diœcesim pertinere non
,, ambigis) ex more convenit dedicari, col-
,, latâ primitus donatione solenni, quam
,, Ministris Ecclesiæ destinasse se præfati
,, muneric testatur oblator, sciturus finè du-
,, bio præter processionis aditum, qui omni
,, Christiano debetur, nihil ibidem se proprii
,, juris habiturum." Alter (z) hujus tenoris
est: "Frigentius verò petitoria nobis insi-
nua-

(x) in Scholâ Canon. Lib. III. Tit. XXXVIII.
Cap. 2. num. 3.

(y) Can. 26. Cauff. XVI. Quæst. VII.

(z) Can. 27. ead. Quæst.

„nuatione suggestit in re suâ, quod Sextilianum vocatur, Basilicam se sanctorum Michaëlis Archangeli, & Martini Confessoris pro suâ defensione fundasse. Et ideo Frater charissime! si ad tuam pertinet Parochiam, benedictionem supra me moratæ Basilicæ solenni veneratione depende. Nihil tamen sibi Fundator ex hac Basilicâ noverit vendicandum, nisi processionis aditum, qui Christianis omnibus in commune debetur.” Ac postremò (a) cavetur: “Quicunque Fidelium, devotione propriâ, ac facultatibus Ecclesiæ aliquid contulerint, si forte ipsi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eâdem Ecclesiâ suffragium vitæ pro temporis usu percipient.

§. VII.

Antiquioribus lubenter quidem indulgeo, novioribus contra eò minus parcere valeo, quo luculentius jamtum celeberrimus in Galliâ Jureconsultus **FRANCISCUS**

B 2

FLO.

(a) *Can. 30. eâd. Quæst.*

FLORENS (*b*), qui teste DOUJATIO (*c*)
 septimo Parisiensis Antecessuræ anno Au-
 reliæ XXIX Octobris MDCL mortuus est,
 demonstravit, consequentiam illam, quod
 Infideles, & Judæi, et si Ecclesiæ fundent,
 Jus tamen Patronatūs haud adquirant, ex
 adducti *Canonis* 26. verbis: *Qui omni Chri-*
stiano debetur, à Glossâ, atque Interpretibus
 extortam planè absurdam, Jus Processionis,
 de quo *Canones* 26. & 27. memorant, nil
 aliud, quam facultatem conveniendi, & com-
 municandi in Ecclesiâ omnibus Christianis
 ex æquo competentem, *Canonem* 30. à
 GRATIANO maximè interpolatum, ac *Ca-*
none 38. Concilii Toletani IV. (*d*), ex quo
 GRATIANUS Canonem suum 30. desump-
 fit, non tantum de Fundatoribus, sed ge-
 neraliter de omnibus, qui liberales in Eccle-
 sias

(*b*) in *Tractatu de antiquo Jure Patronatūs*,
 sive *Oper. jurid.* Tom. II. pag. 109. &
 120.

(*c*) *Prænot. Canonic. Lib. V. Cap. 9. p. m.*
 473.

(*d*) Apud BERARDUM de *Gratiani Ca-*
nons. Part. I. Cap. 17. pag. 236.

sias extiterunt, statutum esse, ut si forte
ipsi, aut eorum filii ad inopiam redacti fue-
rint, ab eâdem Ecclesiâ suffragium vitæ pro-
temporis usu percipient. Similiter & AVE-
ZANUS (e), qui referente LUDOVICO
FABRE (f) Parisiis anno MDCLXIX de-
cessit, pro more suo doctissimè notavit:
 „ Errant vehementer veteres omnes Inter-
 „ pretes, qui in hac re abutuntur *Can. Piæ*
 „ *mentis*, & *Can. Frigentius* 16. q. 7. ut
 „ probent Jus Patronatûs temporibus Ge-
 „ lasii I., qui sedebat an. 492. & vixit sub
 „ Zenone, & Anastasio, jam increbuisse,
 „ quasi illud Gelasius admisisse videatur, qui
 „ hoc simpliciter vult Ecclesiam in re Julia-
 „ nâ fundatam ex more esse consecrandam,
 „ & dedicandam, nec tamen Julium Fun-
 „ datorem in eâ sibi quicquam vindicare
 B 3 posse

(e) in *Dissertat. de Jure patron.* Cap. I.
apud MEERMAN cit. Tom. IV. pag.
362.

(f) in *Vitâ Avezani* apud MEERMAN
cit. Tom. IV. in *Præfat.* pag. 2. Con-
feratur DOUJATIUS cit. Cap. 9. p.m.
475.

„ posse, nisi processionis aditum, qui om-
„ ni Christiano in commune debetur, nullâ
„ Juris Patronatûs mentione injectâ; per-
„ absurdum igitur est, hujus juris originem
„ ex locis illis deducere. Et quod de pro-
„ cessionis aditu ibi proditum est, id nullo
„ modo potest convenire cum honore pro-
„ cessionis, quem partem esse Juris Patro-
„ natûs constat *ex cap. nobis 25. ex. de Jure*
„ *Patronat.* & consistit in eo, ut Patronus
„ in processione præcedat omnes Christia-
„ nos, exceptis Clericis, qui primi semper
„ sunt, *cap. 1. ex. de vitâ, & honestate Cleric.*
„ Laici verò semper sunt postremi, quos
„ honorem etiam confessus Clericis dare
„ debere scribit Tertullianus *lib. de exhor-*
„ *tat. ad castitatem.* & ut eminentiorem, &
„ honoratiorem locum habeat in Ecclesiâ.
„ Vix quoque lapsus Glossæ ferri potest,
„ cum ait, processionis aditum dici, cum
„ Patronus procedit ad Episcopum cum
„ Clerico, quem ei præsentare vult, vel
„ etiam dum processionem explicat promo-
„ tionem Clerici, eâdem formâ, quâ pro-
„ cessus

„ cessus honorum dicitur *in l. Imperator* 41.
„ *D. de donat. inter vir. & uxor. & apud*
„ *Senecam Lib. I. de benef. honores, & pro-*
„ *cessus ad altiora tendentium, & processus*
„ *ipsorum Clericorum in Nov. Justiniani* 67.
„ §. I. quæ omnia nugatoria, & commen-
„ titia sunt à Glossâ, & ab Interpretibus
„ excogitata, qui dum Juris Patronatûs ori-
„ ginem inde frustra repeteret tentant, vim
„ verbis inferre coguntur. Et vero verius
„ est in dictis locis processionis aditum nil
„ aliud esse, quam publicum populi con-
„ ventum, publicam processionem Christiano-
„ rum, & frequentationem populi ad Ec-
„ clesiā accendentis, ut est *in Can. Presby-*
„ *teri, dist. 24. can. precepta, & can. certum*
„ *de consecrat. dist. I.* Quin & Glossa me-
„ lior, doctiōrque facta mutavit sententiam
„ *in d. can. certum.* Ibi enim processionis
„ vocabulum explicans agnoscit processio-
„ nem idem esse, quod frequentationem
„ populi, sicut *in d. can. Presbyteri, & d.*
„ *can. Frigentius.* Et sanè si verum ama-
„ mus, processionis aditum aliter accipere

B 4

non

„ non debemus in d. can. piæ mentis, & in
 „ d. can. frigentius, quām in d. can. præ-
 „ cepta, & d. can. certum. ubi Ecclesia con-
 „ secrata ad cultum processionis dicitur ad-
 „ ducta, ut ibi possit publica processio in-
 „ telligi, cuius etiam mentio in Nov. Justi-
 „ niani 67. §. 1. publicus populi conventus,
 „ ut in can. luminoso 18. q. 2. can. si quis
 „ etiam de consecrat. dist. 1. & hujus vera
 „ interpretatio sumenda est ex veteri illo
 „ ritu Christianorum, qui olim in Ecclesiâ
 „ convéniebant, & coibant, procedere di-
 „ cebantur.“ Quid? quod BERARDUS
 (g) *Canones* 26. & 27. non Gelasianos, sed
 commentitios esse suspicetur his ductus ra-
 tionibus: “ Nondum Gelasii temporibus in-
 „ valuerat, ut Laici Ecclesias, quas ipsi æ-
 „ disfickerant, in suum quodammodo pri-
 „ vatum jus omnino converterent, partim,
 „ ut Parochorum vigiliam eludecent,
 „ quod octavo sæculo factum fuisse ingebat
 „ Agobardus Lugdunensis in libro de Pri-
 vile-

(g) *de Gratiani Canon. Part. II. Tom. I.*
Cap. 46. pag. 437.

„ vilegio, & Jure Sacerdotii Cap. II., par-
„ tim ut redditus Ecclesiasticos à se, vel Ma-
„ joribus suis dimissos quoquo modo recu-
„ perarent, quemadmodum sæculorum octa-
„ vi, noni, & sequentium innumera pro-
„ pemedum monumenta demonstrant.
„ Quamobrem frustra Gelasius cavisset, ut
„ ædificatoribus Ecclesiarum nihil aliud ju-
„ ris concederetur, quām jus processionis,
„ quod Christianis omnibus dicitur esse
„ commune. E contrario quium abusus
„ Juris Patronatū irrepere cœpit post sep-
„ tum Ecclesiæ sæculum, nihil adversus
„ illum accommodatus videri poterat, quām
„ Canones edere, quibus Patronorum jura
„ cohiberi viderentur. At verò ex iis, qui
„ adversus abusum illum scripserunt, non
„ defuerunt, qui sinè delectu falsa germanis
„ monumentis jungerent monumenta, imò
„ etiam falsa componerent sub nomine vi-
„ rorum gravissimorum, dummodo pro-
„ posito suo servirent. Hujusmodi fuisse
„ videtur Anselmus Lucensis, qui in Col-
„ lectione suâ indiscriminatum usus est illis

B 5

capi-

„ capitibus, quæ rei suæ aptiora dignosce-
„ bat, quemcumque tandem auctorem ha-
„ berent. Cum autem primus ipse fuerit,
„ qui duos Canones illos ediderit, qui sunt
„ 26. & 27. cau. 16. qu. 7. apud Gratianum,
„ hinc non levis desumitur conjectura, ex
„ quâ iidem ferè Gelasio tribui non facile
„ debeant ex unius Anselmi testimonio.
„ Quis non agnoscat nimiam ibi Gelasii sol-
„ licitudinem aut in cavendo, ne quidpiam
„ præter processionis aditum sibi vindicent
„ Fundatores, aut in cavendo, ut Fundato-
„ res donationem solemnem confiant,
„ quod posterioribus sæculis caveri sollici-
„ tius cœpit, Concilio Wormaciensi anni
„ 868. can. 3. & eisdem ferè temporibus
„ apud Jonam Aurelianensem in epistolâ,
„ quam edidit Baluzius post notas ad Regi-
„ nonem pag. 622. nec non apud Hincma-
„ rum in capitulis tit. 4. §. ultimo. His ac-
„ cedit, duos illos Canones ita descriptos
„ esse, ut licet ad diversorum caussas perti-
„ neant, invicem tamen ita consonent, ut
„ unus quasi exemplar alterius videatur ; at
Ge.

„ Gelasii tempore nondum vigebant illæ
„ Curialium formulæ, quæ in similibus cau-
„ sis promiscuè describerentur. Præterea
„ Gelasius in epistolâ ad Episcopos Lucaniæ
„ gravissimè conquestus est, quod Ecclesiæ
„ institutæ, atque iam diu dedicatæ Mini-
„ stris propemodum destitutæ essent, eám-
„ que ob cauſam opportuno remedio in-
„ digerent. Quis itaque credat in his tem-
„ porum adjunctis Gelasium facilè conces-
„ sisse, ut novæ dedicarentur Ecclesiæ? Id
„ enim potius in destitutionem lugendam
„ aliarum Ecclesiarum facilè vergebatur ad-
„ versùs ejusdem Gelasii voluntatem. At-
„ que hæc animadversio eò gravior redde-
„ tur, quò simplicius conferatur cum alio
„ Gelasii monumento, quod habemus in
„ can. 7. dist. I. de conf. Ibi enim sanctus
„ idem Pontifex adeò cautè Megetiæ specta-
„ bili fœminæ oratorii dedicationem con-
„ cessit, ut tantum ibidem defunctorum
„ nomine celebrarentur divina officia, pub-
„ licâ tamen frequentatione, & processione
„ cessante. Digna illa erat Gelasii solici-
tudo

„ tudo, qui destitutis Parochiis consulendum potissimum proposuerat, non fidelium animos ad oratoria privatorum dividere.

§. VIII.

An proinde subductis columnis communis opinio collapsa ruet? Haud ruet, sed stabit, aliis tamen fulcita fundamentis, quæ jam locare paramus.

§. IX.

In antiquâ Ecclesiâ Patronos præ cæteris nihil juris habuisse, neque iis temporibus jus nominandi, seu præsentandi Clericum idoneum, promovendum ad Beneficium Ecclesiasticum vacans Ecclesiarum Fundatoribus competuisse, priorum quatuor seculorum Canones apertè demonstrant. (b) Primum in

(b) Vid. FLORENS *cit. Tom. II. pag. 105.*
& seq. THOMASSINUS de vet. & nov. Eccles. Discipl. Part. II. Lib. I. Cap. 29. VAN ESPEN Jur. Eccles. univ. Part. II. Tit. XXV. Cap. I. RU. PRECHT

in Concilio Arausiano I. quod anno CC-CXLI. sub Leone I. habitum fuit, jus, sive gratiam nominandi Episcopis, qui extra Diocesos suæ fines terris, fundisque quibusdam gaudent, inque iis Ecclesiæ ædificant, donatam, ac concessam esse, ipsius Concilii Canon X. (i) disertis enunciat verbis: *Si quis Episcorum in alienæ civitatis territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel profundi sui negotio, aut Ecclesiasticâ utilitate, vel pro quacumque suâ oportunitate permisâ licentia ædificandi, quia hoc prohibere votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi*

PRECHT in Not. Historic. in univers. Jus Canon. Lib. III. Tit. 38. num. 5. & seqq. & PAULUS JOSEPHUS DE RIEGGER Institut. Jurisprud. Eccles. Part. III. Tit. 38. § 704. & seqq.

(i) Apud THOMASINUM cit. Cap. 29. §. 2. & FLORENTEM cit. Tom. II. pag. 107. Conferatur Can. 1. Causs. XVI. Quæst. V. Canonem hunc non NICOLAÖ Pontifici, sed Concilio Arausiano I. tribuendum monet BERARDUS de Gratiani Canon. Part. II. Tom. II. Cap. 77. pag. 341.

illi omnimodis reservatur, in cuius territorio Ecclesia assurgit, reservata ædificatori Episcopo hac gratiâ, ut quos desiderat Clericos in resuâ videre, ipsos ordinet is, cuius territorium est: vel si ordinati jam sunt, ipsos habere ac quiescat. Cum dein opulentii homines Oratoria, ut cum familiâ suâ Sacris vacare possent, in terris, prædiisque suis construerent, ac Presbyterum, qui Sacris operatus esset, ab Episcopo cå conditione impertrarent, ut ipsum sumptibus suis alerent, gratia olim solis Episcopis concessa pariter ad Laicos, sive Seculares privata Oratoria ædificantes porrecta, atque extensa fuit, ut præ reliquis Concilium Eugenianum Can. 21. (k) insinuat: *Monaferium, vel Oratorium canonice constructum à dominio Constructo.*

(k) Apud BERARDUM de Gratiani *Canon. Part. I. Cap. 52. pag. 487.* Conferatur *Can. 33. Causs. XVI. Quest. VII.* FLEURY dans l'*Institution au Droit Ecclesiast.* Tom. I. Part. II. Chap. 16. pag. 277. nec non Clarissimus Dominus OBERHAUSER in *Compend. Prelect. Canonici. Lib. III. Tit. 38. §. 2.*

structoris invitè non auferatur, liceatque illi
id Presbytero, cui voluerit, pro sacro Officio
illius Diocesos, & bonæ auctoritatis dimisso-
ria cum consensu Episcopi, ne malus existat,
commendare; ita ut ad placita, & ad justam
reverentiam ipsius Episcopi obedienter Sacerdos
recurrat. Tandem praeunte JUSTINIA-
NO nostro (l), cui Jus Patronatus, seu no-
mi-

- (l) Novell. LVII. Cap. 2. quod HOM-
BERGK ZU VACH in Novell. Con-
stitut. pag. 474. ita restituit: Illud quo-
que in honorem, & reverentiam tuæ Se-
dis definimus, ut si quis Ecclesiam ædifi-
cat, vel etiam alio modo in eâ ministeria
obeuntibus annonas suppeditet, & Cle-
ricalos quosdam in illâ velit constituere,
non habeat is facultatem, quos vult, au-
toritate suâ ad Pietatem tuam adducen-
di, ut absque iudicio, & examine creen-
tur: sed qui adducti sunt, à tuâ Sancti-
tate examinentur, atque ex voluntate
tuâ, & illius, qui Sacerdotio præerit,
alli, qui Beatitudini tuæ, & Successoribus
tuis idonei esse, Deique ministerio digni
videbuntur, semper creentur, ne Sacra
Dei (id quod Sacris elogiis sancitur)

pro-

minandi ad Ecclesias quoque publicas, seu Basilicas extendere placuit, Ecclesia, quo Laicorum devotio magis, ac magis excitatur, Laicique ad constructionem, & foundationem Ecclesiarum in honorem Dei invitantur, omnibus Laicis, qui Basilicas construxerint, fundaverint, ditaverint, opibusque sublevaverint, aut demolitas restituerint, eandem gratiam benignitate quâdam impellente indulxit (*m*), seu, ut Patres Concilii Lateranensis (*n*) efferunt, Fundatores Ecclesiarum in hac potestate per conniveniam sustinuit, ac novissimè Tridentina

Syno-

profanentur, sed intacta, ineffabilia, & tremenda cum sint, sancte, pie, & reverenter babeantur.

(*m*) AVEZANUS in *Dissertat. de Jure patronat.* in *Præfat. Cap. I. Cap. III.* & *Cap. VII.* apud MEERMAN cit. Tom. IV. pag. 360. 364. 368. & 365. 3. GONZALEZ TELLEZ in *Comment. in Cap. 4. num. 4. X. de Jure patron. & SCHAMBOGEN in Lection. in Lib. III. Decret. Tit. XXXVIII. §. 15.*

(*n*) in *Cap. 3. X. de Jure patronat.*

Synodus (o) decrevit, ut titulus *Juris Patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis jure requisitis ostendatur, sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasve secundum juris dispositionem.*

§. X.

Dicite mihi iam: Quotusquisque vestrum erit, qui extensivam interpretationem heic admittere, gratiam fidelibus Laicis specialiter concessam ad Infideles usque protrahere, jus singulare ad consequentiam producere, ac Judæum possessorem prædii, cui Jus Patronatus cohæret, Juris Patronatus capacem renunciare ausit? Quæso? An Juris beneficio dignus, quem Jura tam Canonica, quam Civilia indignantur? An Synagoga cum Ecclesiâ pari passu ambulabit? An Judæi æqualiter comparandi Christianis, à quibus judice ALEXANDRO III. (p) pro solâ hu-

ma-

(o) *Sess. XXV. de Reformat. Cap. 9.*

(p) *Cap. 21. X. de Testib.*

C

manitate fovendi sunt? An jure liberorum gaudebunt Judæi, quos referente INNOCENTIO III. (q) propria culpa perpetuæ servituti submisit, quosque Imperator SIGISMUNDUS (r) cameræ suæ servos appellavit? An Jura Christianorum habebunt, queis mancipia Christiana habere Concilium Matisconense (s) interdixit? An Jus Patro-
natūs

(q) apud ANTONIUM AUGUSTINUM
Antiq. Collect. III. Lib. V. Tit. 3. Cap. 1.
 Conferatur *Cap. 13. X. de Judeis.*

(r) in *Constitut. de Offic. Vicar.* §. 7. apud GOLDASTUM *Constit. Imper. Tom. I.* pag. 395. Editionis novioris. Conferatur STRUBEN *Th. III. Bedenken LXX. §. 1.* Reverendus P. WOLFGANGUS SCHMITT *Institut. Jur. Eccles. Lib. V. Tit. II. §. II.* ZALLWEIN *Princ. Jur. Ecclesiast. Tom. III. Quaest. II. Cap. V. §. 10.* pag 419. nec non popularis meus, quem non sine gloriâ nominare licet, Dominus Confiliarius intimus ANTONIUS SCHMIDT *Institut. Jur. Ecclesiast. Tom. II. Part. IV. Cap. 2. §. 28.*

(s) *Cap. 1. X. de Judeis.* ubi GONZALEZ

natūs, quod teste FRANCISCO DE ROYE
 (t) ex virtute gratitudinis, & retributionis
 introductum est, donandum iis, qui, ut
 Pontifex (u) afferit, tanquam misericordi-
 ter in nostram familiaritatem admissi, nobis
 illam retributionem impendunt, quam juxta
 vulgare mus in perā, serpens in gremio,
 ignis in sinu suis consueverunt hospitibus
 exhibere? An speciosâ Catholicorum vice
 fungentur, qui, ut idem Pontifex subdit,
 contra Fidem Catholicam detestabilia, & in-
 audita committunt, propter quæ Fidelibus
 est verendum, ne divinam indignationem
 incurvant, cum eos perpetrare patiantur in-
 digna, quæ fidei nostræ confusionem indu-
 cunt? An speciali gratiâ fruentur, qui jure
 civi-

LEZ TELLEZ in *Not. lit. a.* admonet
 non Maticensi, sed Matisconensi legen-
 dum esse. Conferatur ANTONIUS
 AUGUSTINUS *Epitom. Jur. Pontif.*
Lib. XII. Tit. 6. Cap. 8. & 11. & L. 21.
Cod. Ne Christian. mancip.

(t) *Institut. Jur. Canon. Lib. II. Tit. 17.*

(u) *Cap. 13. X. de Judæis.*

C 2

civitatis carentes (*x*) tantum tolerantur, ut, ceu divus AUGUSTINUS (*y*) loquitur, testimonium fidei nostræ haberemus ab hostibus, & quasi in figurâ nobis repræsentetur, quod credimus, cum, ceu ZALLWEIN (*z*) addit, Judæi, veluti antiqui fœderis testes, ac custodes perpetuo sint exemplo vindictæ divinæ scelera in Salvatorem commissa presso pede persequentis?

§. XI.

Ad hæc noto notius est, Patrono competere plura jura honorifica, & quidem monente P. WOLFGANGO SCHMITT (*a*) secundum locorum consuetudinem exhiben-

(*x*) CRAMER *Nebenstunden Th. III.*
pag. 95. ZECH *de Judic. Ecclesiast.*
Part. poster. Tit. XV. §. 183. & laudatus P. SCHMITT *cit. Tit. II. §. 13.*

(*y*) *de Ordine Lib. II. Cap. 4.* Conferatur divus THOMAS *Secund. Sec. Quæst. X.*
Art. II.

(*z*) *Princip. Jur. Ecclesiast. Tom. III. Quæst. II. Cap. V. §. 10.* pag. 405.

(*a*) *cit. Tit. II. §. 12.*

hibenda, quæ plurimum valet tam quoad personas, quibus exhibenda sunt, quam quoad modum exhibitionis. Sic Patrono competit Jus processionis (*b*), qui honor, ut RUPPRECHT (*c*) ait, duobus potissimum modis exhiberi potest: primò, ut venienti ad Ecclesiam processionaleiter occurrit, qui tamen non est exhibendus, nisi illis, qui tales, ac tanti sunt, ut hunc honorem mereantur, nimiriū Reges, & Principes. Secundò dando, vel cedendo ei locum honoratiorem in ipsā solemni, ac publicā processione. Sic competit honor thuris, sive suffitius in speciali, & honorificā

C 3

thu-

(*b*) *Cap. 25. X. de Jure patronat.*

(*c*) *in Not. Histor. in univ. Jus Canon. Lib. HI. Tit. 38. num. 15.* Conferatur GONZALEZ TELLEZ *in Not. in Cap. 25. X. de Jure patron. lit. f.* VAN ESPEN *Jur. Eccles. univ. Part. II. Tit. XXV. Cap. 7. §. 5. & seqq.* DE RIEGER *Instit. Jurisprud. Eccles. Part. III. Tit. 38. §. 738.* & nunc iterum laudanus Consiliarius intimus SCHMIDT *Instit. Jur. Eccles. Tom. II. Part. IV. Cap. I. §. 60.*

thurificatione in signum eminentiæ, aut benevolentiæ consistens, qui observante laudato RUPPRECHT (*d*) mediis, ac sequentibus feculis Patronis, seu Fundatoribus ab Ecclesiâ deferri cœpit. Sic competit honor aquæ benedictæ, quâ omnes Christiani in ingressu Ecclesiæ ad expiationem, & munerationem à peccatis utuntur (*e*) quâque Patrōni separatim, & ante alios Laicos cum quadam honoris notâ asperguntur. (*f*) Sic competit honor precum in speciali recitatione, & commendatione Patroni in precibus consistens, & jam pridem usitatus teste Concilii Emeritenſis *Canon.* 19. (*g*) quo Patres

ſalu-

-
- (*d*) *cit. Tit.* 38. *num.* 12. Conferatur VAN ESPEN *cit. Cap.* 7. § 11 & seqq.
 - (*e*) Vid. GONZALEZ TELLEZ *in Not.* *in Cap.* fin. X. *de cauſâ poffeff.* *lit. b.*
 - (*f*) VAN ESPEN *cit. Cap.* 7. §. 14. & seqq. & RUPPRECHT *cit. Tit.* 38. *num.* 13.
 - (*g*) apud HARDUINUM *Concil.* *Tom.* III. *pag.* 1005. VAN ESPEN *cit. Cap.* 7. §. 21. & RUPPRECHT *cit. Tit.* 38. *num.* 14.

salubriter disposuerunt, ut pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem praesesse, pro singulis diebus Dominicis Sacrificium Deo procuret offerri, & eorum nomina, à quibus eas Ecclesiæ constat esse constructas, vel qui aliquid bis sanctis Ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante Altare recitentur tempore Missæ; quod si ab hac decesserint luce, nomina eorum cum Fidelibus defunctis recitentur in suo ordine. Sic competit honor sedis, quæ defertur assignando perpetuam, ac specialem in Ecclesiâ sedem, & quidem eō honorabiliorem, quo locus sessionis honorificentior, atque ipsi Sacrario, sive Altari, sive Choro, quem ex præscriptis Canonum non populo, sed solis Clericis divinum Officium peragentibus patere, atque honoris caufsa duntaxat nonnullis Laicis sensim apertum esse constat, magis appropinquans est. (b) Sic tandem competit honor sepulturæ, qui notante

C 4

RUP.

(b) VAN ESPEN cit. Cap. 7. §. 26. &
RUPPRECHT cit. Tit. 38. num. 15.

RUPPRECHT (i), Patronis, seu Fundatōribus posterioribus seculis concessus, atque eo honorabilior judicandus est, quo magis Sacrario appropinquat. (k)

§. XII.

Quid jam si prædii, cui Jus Patronatus annexum est, possessor Judæus, quem Episcopus ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei usque ad Missam Catechumenorum (l) non prohibeat (m) Ecclesiam incederet,
quod

(i) cit. Tit. 38. num. 16.

(k) FRANCISCUS DE ROYE *de Jur. honorif. in Eccles. Lib. I. Cap. 9.* RUPPRECHT *cit. Tit. 38. num. 16.* WOLFGANGUS SCHMITT *Institut. Jur. Eccles. Lib. III. Tit. 53. §. 11.*

(l) Antiquitus Missa Catechumenorum dicitur illa Missæ pars, quæ incipiebat à principio usque ad Offertorium. BARBOSA *in Collectan. in Cap. 67. de Confessrat. Distinct. I.*

(m) ANTONIUS AUGUSTINUS *Epi-
tom. Jur. Pontif. Lib. XII. Tit. 14.
Cap. 4.*

quod eò faciliùs contingere posset, quo gra-
viùs jam tum INNOCENTIUS III. (n)
conquestus est, quod gratia Principum Ju-
dæos adeo insolentes fecerit, ut *illos com-*
mittant excessus in contumeliam Fidei Chri-
stianæ, quos non tantum dicere, sed etiam ne-
fandum est cogitare, num honor processio-
nis deferetur ei, qui à Pontifice (o) servus
à Domino reprobatus dicitur, atque ab Im-
peratoribus (p) hæretici dogmatis infa-
miā

(n) Apud ANTONIUM AUGUSTI-
NUM *Antiq. Collect. III. Lib. V. Tit. 3.*
Cap. I.

(o) *Cap. 13. X. de Judæis.*

(p) *L. I. §. I. Cod. de Summâ Trinit. Par-*
iformiter STEPHANUS Can. 17. Causs.
VI. Quæst. I. seu potiùs, ut BERAR-
DUS de Gratiani Canon. Part. II. Tom.
I. Cap. 21. pag. 140. demonstrat, LEO
Magnus Epist. 46. loquitur: Infames
esse eas personas dicimus, quæ pro ali-
quâ culpâ notantur infamia, id est, om-
nnes, qui Christianæ Legis normam abji-
ciunt, & Statuta Ecclesiastica contem-
nunt; similiter fures, sacrilegos, & om-
nnes, capitalibus criminibus irretitos,

C 5 sepul.

miam (q) sustinere jubar? Num honorificâ thurificatione in signum eminentiae excipietur, qui teste WOLFGANGO SCHMITT (r) ad infimam hominum classem redactus fere unicè precariâ tolerantiâ, & negotiationis connivenziâ fruatur? Num aquâ lustrali ante alias Laicos cum quadam honoris notâ à Clericoaspergetur, cum quo ne quidem Laicus Christianus unâ in balneis lavetur (s), cuique ab Imperatore WEN-

Sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum, atque Successorum eorum, reliquorūmque Patrum Statuta libenter violentes, & omnes, qui adversus Patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur.

- (q) A nonnullis dicitur infamia canonica, quod fama eorum diminuta sit apud Clericos tam diu, quam diu haud fuerint conversi. BOEHMER in *Jur. Eccles. Protest. Tom. III. Lib. III. Tit. 33. §. 76.*
- (r) *Institut. Jur. Ecclesiast. Lib. V. Tit. II. §. 6.*
- (s) *Can. 13. Causf. XXVIII. Quest. I. & BERARDUS de Gratiani Canon. Part. I. Cap. 41. pag. 419.*

WENCESLAO (*t*) interdictum, ne vel balneatoris limina penetret? Num Judæi nomen cum notâ honoris, & præeminentiæ ante Altare tempore Missæ recitabitur, pro quo Ecclesia teste CELESTINO (*u*) orat, ut ablato cordis velamine lux veritatis ei appareat? Num specialis in Choro sedes assignabitur uni illorum, de quibus INNOCENTIUS III. (*x*) statuit: *Ne tam damnatae commixtionis excessus per velamen erro-*
ris

- (*t*) Apud GOLDASTUM Reihss-Satzungen, und Handlungen Th. II. pag. 84. Similiter Concilium Viennense de anno MCCLXVII. Cap. 16. apud CANONIUM Thesaur. Monument. Ecclesiast. Tom. IV. pag. 84. statuit: *Prohibemus insuper, ne stibus, & balnea, seu tabernas Christianorum frequentent, seu intrare præsumant.*
- (*u*) Apud ANTONIUM AUGUSTINUM Epitom. Jur. Pontif. Lib. XII. Tit. 14. Cap. 2.
- (*x*) Cap. 15. X. de Judæis. Conferatur LIMNAEUS Jur. Publ. Tom. I. Lib. III. Cap. 2. num. 33. PFEFFINGER in Corp. Jur. Publ. Lib. III. Tit. 17. §. 85.

GONe

ris hujusmodi ulterioris excusationis possint
babere diffugium: statuimus, ut tales utrius-
que sexus in omni Christianorum Provinciad,
Et omni tempore, qualitate habitus publicè ab
aliis populis distinguantur. In diebus autem
lamentationis, Et Dominicæ Passionis in publi-
cum minimè prodeant, eo quod nonnulli ex
ipsis talibus diebus (sicut accepimus) Et or-
natius non erubescunt incedere, ac Christianis,
qui sacratissimæ Passionis memoriam exhiben-
tes lamentationis signa prætendunt, illudere
non formidant. De quibus Concilium Me-
tense (y) refert: Interdictum est juxta Ca-
pitula sanctorum Patrum, ut nemo Christian-
orum cum Judæis manducet, Et bibat, vel
quidquid comedì, aut potari potest, à Judæis
ac-

GONZALEZ TELLEZ in Not. in
Cap. 15. X. de Judæis lit. c. & RIEG-
GER Institut. Jurisprud. Ecclesiast.
Part. IV. §. 288.

(y) Apud ANTONIUM AUGUSTI-
NUM Epitom. Jur. Pontif. Lib. XII.
Tit. 9. Cap. 8. Conferatur Concilium
Viennense Cap. 18. apud CANISIUM
cit. pag. 84.

accipiat. Nimis enim, juxta quod ait Cæsarius Arelatensis Ecclesiæ Episcopus, indignum est, atque sacrilegum eorum cibos à Christianis sumi, cum ea, quibus nos fruimur, ab illis judicentur immunda, ac sic inferiores incipient esse Christiani, quam Judæi. Et omnes eorum convivas ipse, & sanctus Syagrius Eduorum Episcopus cum aliis multis excommunicavit, de quibus Concilium Matisconense (z) præcipit: *Nullus Christianus Judæorum conviviis participare præsumat. Quod si facere quicumque, quod nefas est dici, Clericus, aut Sæcularis præsumperit; ab omnium Christianorum consortio se noviter compescendum, de quibus JUSTINIANUS (a) sancit: Contra orthodoxos quidem litigantes nemini heretico, vel bis etiam, qui Judaicam superstitionem colunt, esse in testimoniis*

(z) Apud ANTONIUM AUGUSTINUM cit. Tit. 9. Cap. 6.

(a) L. 21. Cod. de Hæret. Conferatur L. 3. Cod. de Apostat. Novell. XLV. Cap. 1. & GONZALEZ TELLEZ in Comment. in Cap. 21. X. de Testibus.

monia communionem, sive utraque pars orthodoxa sit, sive altera. Inter se autem Hæreticos, vel Iudeis, ubi litigandum existimaverint, concedimus fædus permixtum, & dignos litigatoribus etiam testes introducere, exceptis sc. his, quos vel Manichaicus furor, cuius partem & Borboritas esse manifestum est, vel pagana superstitione detinet, ac de quibus lege, ut Imperatores (b) efferunt, in omne ævum

(b) *L. ult. Cod. de Iudeis.* Conferatur Cap. 15. & 18. X. de Iudeis. Rectè proin ZALLWEIN Princip. Jur. Ecclesiast. Tom. III. Quæst. II. Cap. V. §. 10. pag. 411. enuntiat: Illum autem morem hinc inde à Principib⁹ Catholicis introductum reprobamus, quo Iudeis publicæ creduntur officia, dum e. g. præficiuntur annonæ, rei monetariæ, commerciis &c. non sinè summo Reipublice, civium, ac subditorum detrimento, prout supra ostendimus, & quotidiana experientia discimus. Quantò rectius nos reprobabimus hanc Archiepiscoporum, atque Episcoporum Catholicorum licentiam, quā Judæi Archiatri renuntiantur, Oeconomiae aulicæ præficiuntur, atque ea po-

ævum valiturâ cavetur, neminem Judeorum, quibus omnes administrationes, & dignitates interdictæ sunt, nec defensoris civitatis fungè saltem officio, nec patricæ honorem arripere concedimus, nec adquisiti sibi officii auctoritate muniti adversus Christianos, & ipsos plerumque sacræ Religionis antistites veluti insultantes fidei nostræ judicandi, vel pronunciandi quamlibet habeant potestatem? Num in Sacrario honorificentiū sepelietur, qui ecclesiasticâ sepulturâ indignus (c) censetur, quip-

potestate potiuntur, ut nemo quicquam imperare valeat, nisi per Abraham, Nimrod, & Naaman. At quæ nostris non accidunt temporibus, quæ non illustrata, sed obscurata demonstrat Auctor der erleuchteten Zeiten, oder Betrachtung über den gegenwärtigen Zustand der Wissenschaften.

(c) *Can. 27. & 28. de consecrat. Distinct. I.*
Idem & asserunt Augustanæ Confessio-
ni addicti LINCK in Comment. in De-
cret. Lib. III. Tit. 28. §. 3. BOEHMER
in Jur. Ecclef. Protest. Tom. II. Lib. III.
Tit. 28. §. 40. & PERTSCH in Ele-
ment. Jur. Canon. Lib. II. Tit. 21. §. 823.

quippe cum sacrī sit Canonibus (d) institutum : ut quibus non communicavimus vivis , non communicemus defunctis : Et ut careant ecclesiasticā sepulturā , qui prius erant ab ecclesiasticā unitate præcisi , nec in articulo mortis Ecclesiae reconciliati fuerint.

§. XIII.

Porro cum hodie (e) ex vi Juris Patronatus non concessio , sed præsentatio ad Pa-

tro-

(d) Cap. 12. X. de Sepult.

(e) Olim Jus præsentandi Clericum à Jure Patronatū distinctum indicat ALEXANDER III. apud ANTONIUM AUGUSTINUM *Antiq. Collect. II. Lib. III. Tit. 24. Cap. 1.* Pluribus id comprobatur BOSQUETUS in *Not. ad Innocentii III. Lib. III. Epistol. 192* expostulans : " Antiquum est Jus Patronatus , ut supra notabamus , quod primum in Capellis , Basilicis , & Ora toriis obtinebat ; illæ enim cum hæreditate ad posteros transibant , cùm licet religiosa loca essent , ibi tamen conventus publici Christianorum non age-

tronum pertineat (*f*), Patronus, & quis-
quis aut Jure nominandi, præsentandi, elis-
gendi,

„ agerentur : deinde protractum jus
„ fuit ad Ecclesiæ, & ad ea loca sacra,
„ ad quæ procedebatur, in quibus pri-
„ mo nihil Fundatori datum est, de-
„ mum ob defensionem loci suscepitam,
„ vel in gratiam dotationis Presbyte-
„ ros, quos vellent, ab Episcopo po-
„ stulare concessum est. Atque hæc
„ fuit differentia antiquioris Juris Pa-
„ tronatûs, & medii : illud enim in
„ Oratoriis primum obtinuit, in qui-
„ bus Presbiter Cardinalis non consti-
„ tuebatur, ut ait Zachar. PP. descri-
„ bens Pipino, & Episcopis Fran-
„ rum. Sed & si Missas ibi facere ma-
„ luerit, Fundator, & rei Dominus,
„ ab Episcopo noverit Presbiterum
„ postulandum. Nullibi enim Presbi-
„ ter ab alio, quam Episcopo consti-
„ tuebatur. In Ecclesiis verò Presbi-
„ terum constituit Episcopus sine con-
„ sensu Patroni, cui honor solum ali-
„ quis datus est. Atque ideo in vete-
„ ribus chartis Jus præsentandi Cleri-
„ cum à Jure Patronatûs distinctum le-

D

gimus.

gendi, aut conferendi gaudet, sollicitam
habere tenetur curam, ut Rectores idoneos,
debitisque requisitis praeditos offerat Episco-
pis ordinandos, prout comprimis INNO-
CENTIUS III. (g) hisce constituit: "Grave
,, nimis est, & absurdum, quod quidam Eccle-
,, siarum Prælati, cum possint viros idoneos
ad

„ gimus. Quare ubi confusa sunt, eò
„ devenit Patronorum libido, ut abs-
„ que Episcopo ipsi soli Presbiteros in-
„ stituerent c. 4. ext. de jur. patr. Ad-
„ versus quæ Papæ Paschal. II. Urban.
„ II. & Alexander II. excommunica-
„ tionis sententiam tulerunt; cuius
„ conscientiâ adacti loci Patroni Eccle-
„ sias Episcopis restituerunt.

(f) *Cap. 31. X. de Jure patronat. jungatur Cap. 8. & 10. X. eod.*

(g) *Cap. 29. X. de Præbend. jungatur Can.*
32. Causs. XVI. Quest. 7. Cap. 44. X. de
Electione. Cap. 4. & 5. X. de Offic. Jud.
ordinar. Cap. 5. X. de Institut. Cap. 6.
de his, quæ fiunt à Prælat. Cap. 18. X.
de Jure patronat. Cap. 1. & 2. de Institut.
in 6. Concil. Trid. Sess. VII. de Reformat.
Cap. 3. & 14. & Novell. CXXIII. Cap. 1.
& 12.

„ ad ecclesiastica Beneficia promovere, assu-
 „ mere non verentur indignos, quibus nec
 „ morum honestas, vel literarum scientia
 „ suffragatur, carnalitatis sequentes affe-
 „ ctum, non judicium rationis: unde quan-
 „ ta Ecclesiis damna proveniant, nemo sa-
 „ næ mentis ignorat. Volentes igitur huic
 „ morbo mederi, præcipimus, ut præter-
 „ missis indignis idoneos assumant, qui
 „ Deo, & Ecclesiis velint, & valeant gratum
 „ impendere famulatum, siatque de hoc in
 „ Provinciali Concilio diligens inquisitio
 „ annuatim.” Immò idoneum præsentare
 haud sufficit, sed inter dignos dignorem
 præferre decet, quia ille præficiendus Eccle-
 siæ, qui majoribus juvatur meritis (b). Un-
 de

-
- (b) *Cap. 3. X. de Jure patronat. Can. 19. Di-*
stinct. LXIII. Cap. 2. X. de Offic. custod.
Cap. un. X. Ut ecclesiast. benef. Confe-
ratur THOMASSINUS de veter. &
nov. ecclef. disciplin. Part. II. Lib. I. Cap.
37. 38. 39. & 40. & Clarissimus Do-
minus OBERHAUSER in Prelect. Ca-
non. Lib. III. Tit. 38. §. 27. & in Com-
 D 2 *pende*

de in provisione ecclesiasticâ nihil gratiæ,
nihil amicitiæ, nihil favori, nihil propriæ
voluntati relinquendum esse Patres plerum-
que monent, atque inter cæteros divus

HIERONYMUS (*i*) scribit: " Audiant

" Episcopi, qui habent constituendi Pres-
" byteros per urbes singulas potestatem, sub
" quali lege ecclesiasticæ constitutionis ordo
" teneatur, nec putent Apostoli verba esse,
" sed Christi, qui ad Discipulos ait: *Qui*
" *vos spernit, me spernit: qui autem me sper-*
" *nit, spernit eum, qui me misit.* Sic &
" qui vos audit, me audit: qui autem me
" audit, audit eum, qui me misit. Ex quo
" manifestum est, eos, qui Apostoli Lege
" contemptâ, ecclesiasticum gradum non
" merito voluerint alicui deferre, sed gra-
" tiâ, contra Christum facere: qui qualis in
" Ecclesiâ Presbyter constituendus sit, per
" Apostolum suum in sequentibus executus
est.

*pend. Prælect. Canon. Lib. III. Tit. 38.
§. 14.*

(*i*) *Epist. ad Titum Cap. 1. sive Oper. omn.
Tom. VI. p.m. 198.*

„ est. Moyses amicus Dei, cui facie ad fa-
„ ciem Deus locutus est, potuit ubique Suc-
„ cessores Principatūs filios suos facere, &
„ posteris propriam relinquere dignitatem:
„ sed extraneus de aliâ tribu eligitur Jesus,
„ ut sciremus, Principatum in populos non
„ sanguini deferendum esse, sed vitæ. At
„ nunc cernimus plurimos, hanc rem bene-
„ ficium facere, ut non quærant eos in Ec-
„ clesiâ columnas erigere, quos plus cogno-
„ scant Ecclesiæ prodeesse: sed quos vel ipsi
„ amant, vel quorum sunt obsequiis deli-
„ niti, vel pro quibus majorum quispiam
„ rogaverit, & (ut deteriora taceam) qui,
„ ut Clerici fierent, muneribus impetra-
„ runt.” Nec non divus **BASILIUS** (k)
hortatur: ” Oremus & nos, ut qui præsunt
„ Ecclesiis, quíque Duces sunt populi non
„ quidem testificationem reportent ab ex-
„ terno cultu, aut super invento corpori
„ decoro habitu, sed ab ipsâ veritate, ita ut
„ dicere possimus: Non quia externus ho-
„ mo tuus decenter adornatus est, & ido-

D 3

neē

(k) ad Cap. III. Esaiæ p. m. 499.

„ neè simulachrum hoc pietatis est à te ab.
 „ solutum: quin potius, quia animam tuam
 „ induit Deus vestimento salutari, & con-
 „ vestivit tunicâ lætitiae, omnique opum
 „ exuberantiae magnificavit, iis de causis
 „ Princeps esto noster, ut per opulentiam
 „ penes te reconditam tum in sermone, &
 „ sapientiae, tum in operibus bonis tuâ unius
 „ administratione ipsi assequamur abundan-
 „ tem copiam spiritualium deliciarum.

§. XIV.

Quis vero eam à Judæis curam requiret? Qui idoneos noverint, qui, ut supra notavimus, cum Christianis simul habitare, ac conversari prohibentur? Qui exploratum habebunt, qualibus Ministris Ecclesia egeat, ac quæ eorum laudes, & virtutes juxta Canonicas Sanctiones esse debeant, qui Ecclesiam detestantur, & Canonicas Sanctiones execrantur? Qui dignos Rectores feligent, qui perhibente MERENDA (*l*) rebus Chri-
stia-

(*l*) *Controvers. Jur. Lib. IX. Cap. 2. num. II.*
& Lib. XXIV. Cap. 49. num. 22.

stianorum jugiter insidiantur, ac se quid
valde laudabile fecisse existimant, dum ali-
quem Christianum suis spoliant rebus? Qui
inter dignos digniorem præferent, qui teste
HENRICO DE LANGENSTEIN (m)
Christianos impietatis arguunt, ac teste
SCHRITSMEIERO (n) Christianos ha-
bent ethnicos, nebulones, latrones, quo-
rum animæ in inferno sunt. Qui quod gra-
tis acceperunt, gratis dabunt, qui ut PE-
TRUS DE ALLIACO (o) dudum monuit,
vilem quæstum faciunt, ac tam damnabiles
usuras in damnum Christianorum exercent,
ut inde non solum quondam *capi*, scilicet
quia fœnatores usuris, & rapinis vivebant,
dicti (p) sed etiam multis jam è Provin-

D 4

ciis

(m) in *Consil. Pac.* apud GERSONIUM *Oper.*
omn. Tom. II. pag. 838. curante EL-
LIES DU PIN.

(n) in *Speculo Polit. Quæst. XVI. num. 9.*

(o) in *Tract. de Reformat. Cap. 6.* apud GER-
SONIUM cit. *Tom. II. pag. 915.*

(p) BOSQUETUS in *Not. ad Innocent.*
III. Lib. I. Epist. 50.

ciis referente CHOPPINO (*q*) ejecti
sint.

§. XV.

Demum non solum Patrono ecclesiastico,
verum etiam Laico incumbit cura, & in-
spectio, sive onus Ecclesiæ, juriūmque ejus
tum intra, tum extra judicium, quantum in
se est, defendendorum, ne Ecclesia à poten-
tioribus opprimatur, ne dos, vel ejus bona
malè alienentur, aut in alios, quām à Fun-
datore destinata sunt, usus convertantur,
neve aliquid ex collatis rebus defraudetur (*r*)
ita tamen, ut de cætero plus non usurper,
quām reperiatur in jure permīssum. (*s*).

Un-

(*q*) *de sacrâ Politid Lib. III. Tit. 1. p. m. 306.*
Conferatur MORNACIUS in *Obser-*
vat. in L. ult. Cod. de Iudeis, ubi ait: *Judeos omnes tandem expulit Philip-*
pus Pulcher ob frequentiora eorum in
Christianos maleficia, cùm ante jam
non semel, sed bis ejecti, eliminatique
fuissent Lege Francicâ.

(*r*) *Can. 31. & 32. Causs. XVI. Quæst. VII.*

(*s*) *Cap. 12. X. de Pannis.* Hinc Patroni
in

Unde etiam Patronus à Patre dictus, eō quod sustineat locum Parris, cuius officium est tueri (t), simul & defensor, propugnatorque Ecclesiæ (u), nec non Advocatus (x) salutatur.

§. XVI.

in iis, quæ ad Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere, neque visitationi ornamentiōrum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione, aut fundatione competit, sed Episcopi ipsi hæc faciant, & fabricarum redditus in usus Ecclesiæ necessarios, & utiles, prout sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent. *Concil. Trident. Sess. XXIV. Decr. II. de Reformat. Cap. 3.*

(t) STEPHANI *de Jure patronat. Part. I. Cap. I.*

(u) DUARENUS *de sacr. Eccles. Minist. Lib. V. Cap. 4.*

(x) *Cap. 23. & 24. X. de Jure patronat.*
Alioquin tamen Patroni ab Advocatis differunt, ut BOSQUETUS in *Not. ad Innocentii III. Lib. II. Epist. 122.*

D 5 hisce

§. XVI.

An hanc quoque curam, atque inspectio-
nem Judæis committemus? An intra judi-
cium

hisce exponit: "Advocati, qui *Avouez*,
 „sunt Patroni, & Protectores Ecclesia-
 „rum sæpe ratione fundationis. Licet
 „enim Advocati à Regibus postulati
 „legantur passim in Capitularibus, &
 „aliis scriptis, quæ viri docti college-
 „runt; Advocatiae tamen obtinendæ
 „primus, præcipuus, & canonicus mo-
 „dus fuit ipsa fundatio, vel dotatio,
 „ut sæpe in Jure Canonico occurrit,
 „ubi Patroni dicuntur & Advocati.
 „Uterque defensioni, & tutelæ Eccle-
 „siæ constitutus est; alter tamen ex
 „vi fundationis, alter præcepti Regii.
 „Hi Regii Advocati jam olim ab Ec-
 „clesiâ Africanaâ postulati Cán. 98. Cod.
 „Can. Eccles. African. *Ut ab Impera-*
 „*toribus postuletur Advocatorum de-*
 „*fensio.* Et in corpore Canonis *De-*
 „*fensores, Scholasticos, vocant Pa-*
 „*tres Africani, & Interpres græcus*
 „*Ἐκ Σινετοῦ χολωστικοῦ dixit.*" Confe-
 ratur GONZALEZ TELLEZ in Com-
 ment. in Cap. 23. X. de *Jure patronat.*

cium Ecclesiam defendant, qui postulare, ac defensoris munus obire prohibentur (y)? An Sacerdotio militabunt, quibus Imperio militandi facultas ab Imperatoribus THEODOSIO, & VALENTINIANO (z) negata est, ut nullus nobis sit aliquâ ratione conjunctus, qui à nobis Fide, & Religione discordat (a)? An integrum Ecclesiam tutabuntur, qui à tutelâ vel unius Christiani repelluntur, ne pupillum ad pravos mores,

&

(y) *L. ult. Cod. de Judæis*, & *L. ult. Cod. de Postul.* Conferatur CIRONIUS in *Paratitl. in L. V. Decret. Tit. 6. pag. m. 383.* & BOEHMER in *Jur. Eccles. Protest. Tom. I. Lib. I. Tit. 37. §. 9.* Immò Judæi usque adeo prohibentur esse tabelliones NICONITIUS in *Repet. in Cap. Quoniam contra de Probat. num. 340. in Repetition. in Jur. Canon. Vol. III. pag. 634.*

(z) *L. 6. apud SIRMONDUM Oper. var. Tom. I. pag. 406.* Conferatur AUGUSTINUS *Epitom. Jur. Pontif. Lib. XII. Tit. 6. Cap. 7.*

(a) *L. 42. Cod. Theod. de hæreticis.*

& judaicas superstitiones erudiant (b) ? An Clericis patrocinabuntur , qui Christianis plurimū infesti sunt (c) ? An pro Ecclesiā Christi stabunt , qui , ut cum magno GERSONIO (d) loquar , propter invidiam prius habentes notitiam de adventu Christi corruerunt in oppositos errores de Christo dicentes , quod erat Samaritanus *demonium habens* , vorax , & potator vini , & Publicanoram amicus ? An Ecclesiam Christi custodient , qui sacra vasā , & imagines Deo dicatas audacter comminuunt (e) ? An Ec-

(b) GUTIERREZ de *Tutelis Part. I. Cap. 20. num. 29.* & in *Prax. criminal. Quest. XXII. num. 7.* BOEHMER in *Jur. Eccles. Protest. Tom. IV. Lib. V. Tit. 6. §. 66.* & PFEFFINGER in *Corp. Jur. Publ. Lib. III. Tit. XVII. §. 85. num. II.*

(c) *Cap. 16. X. de Judæis.* Conferatur AUGUSTINUS cit. *Tit. 6. Cap. 4. 6.* & 8.

(d) *de sensu litterali sacræ Script. five Oper. omn. Tom. I. pag. 5.*

(e) BERNARDUS Abbas bonæ vallis *de vita S. Bernardi Lib. II. Cap. 1.*

clesiam Christi defendant, qui, ut BELLUM
 GA (f) ait, non sunt creaturæ Ecclesiæ,
 quæ eas non regenerat per Baptismum?
 An Ecclesiam defendant, quorum, ut STAU-
 TUTA Capituli generalis Iovonis secundi (g)
 habent, *dolosa malitia, quæ Christianorum,*
& maxime Religiosorum simplicitatem semper
opprimere, & gravare desiderat, intendens
obsequium præstare Altissimo, si in Christia-
næ innocentiae sœvire valeat nocimenta, ab
omnibus Christi fidem habentibus maxime
Religiosis, multa debet caveri cautelâ, ne cum
illis negotiari habeant? An Ecclesiam de-
 fendent, qui, ut sanctus EPIPHANIUS (h)
 scribit, *condemnarunt se ipsos, ut filii fierent*
prodictionis Judæ, qui à Domino Satanas, ac
Diabolus est appellatus? An Ecclesiam Chri-
 sti defendant, qui, ut divus BASILIUS (i)

per-

(f) in Speculo Princip. Rubr. XI. Cap. 19.
 num. 35.

(g) Apud BALUZIUM Miscellan. Lib. VI.
 pag. 505.

(h) contra hæreses Lib. I. Tom. 3. pag. m. 71.

(i) ad Cap. III. Esaiæ p. m. 499.

perhibet, *ligabant illi manus, per quas tot, tantisque cumulati fuerant beneficiis, praesentiam non ferentes iustitiae, quod malitiam omnem aboleat, & exterminet?* An Ecclesiam defendant, de quibus THEODORUS STUDITA (k) singulariter refert: "Imaginem
 " Domini nostri Jesu Christi deponentes in
 " terrâ Judæi dixerunt invicem: sicut pa-
 " tres nostri quondam illuserunt ei, ita &
 " nos huic faciamus. Tunc cœperunt spue-
 " re in faciem imaginis Christi, & percus-
 " serunt eam alapis hinc, & inde dicentes:
 " Quanta illi fecerunt genitores nostri, ea-
 " dem etiam huic ejus imagini faciamus.
 " Et dixerunt; quoniam illuserunt illi, &
 " nos idem faciamus. Innumerabilibus ita-
 " que illusionibus Dominicam illuserunt
 " imaginem, quas nec referre nos ausi su-
 " mus. Iterum dicunt: Audivimus, quod
 " ejus pedes, & manus in cruce confixa-
 " sunt; hoc & nos faciamus ei. Tunc ma-
 " nus,

(k) *Antirribet. II. Cap. 19. & Lib. II. Epist.*
 199. apud SIRMONDUM *Oper. var.*
Tom. V. pag. 91. & 562.

„nus, & pedes imaginis Domini clavis
 „confixerunt. Posthæc furore perciti di-
 „cunt: Audivimus, quod acetum, & fel
 „in potum cum spongiâ illi præbuerunt;
 „hoc & huic faciamus. Quod & sic fece-
 „runt, apponentes ad os imaginis Domini
 „spongiam aceto plenam. Iterum dicunt:
 „Didicimus, quod majores nostri caput
 „illius arundine percuesserunt; id ipsum &
 „nos faciamus. Et accipientes arundinem
 „percutiebant caput Domini. Ad extre-
 „mum dixerunt: Sicut veraciter didicimus,
 „latus illius lanceâ pupugerunt; nos verò
 „ne quid desit, & hoc ipsum adjiciamus,
 „afferrique lanceam jusserunt, & cuidam
 „præceperunt, ut tolleret eam, & valido
 „ictu latus imaginis Domini transfoderet.”

§. XVII.

At, sic nuper obmovebatur, Judæus va-
 lide potest baptizare, quidni ergo & præ-
 sentare? Utique sanctus ISIDORUS HIS-
 PALENSIS (*l*) scribit: *Si quis per ignoran-
 tiā*

(*l*) *Can. 59. Cauff. I. Quæst. I.* Ni omnia
 me

RECITATIO

tiam ordinatur, antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari, & ipse ultius non ordinetur. Sed Romanus Pontifex non hominem judicat, qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam Baptismi, licet paganus sit, qui baptizat. Similiter NICOLAUS I. (m) consulit: *A quodam Judeo, nescitis, utrum Christiano, an pagano multos in patriâ vestrâ baptizatos afferitis, & quid de his sit agendum, consulitis.* Hi

pro-

me fallant, manifesta heic subest contradictione, quam quidem tollere BE-RARDUS de Gratiani Canon. Part. III. Cap. 27. pag 506. annis est, sed, ut nobis videtur, successu minus felice. Conferatur LUPUS Opusc. posth. Tom. I. Dissert. de Opinione probab. Cap. 12. p. m. 67. & PETAVIUS Theolog. Dogmat. Tom. IV. de Pænit. Lib. II. Cap. 6. §. 9.

(m) Apud ANTONIUM AUGUSTINUM Epitom. Jur. Pontif. Lib. XXII. Tit. 12. Cap. 10. Conferatur Can. 24 Distinct. IV. de consecrat., nec non BE-RARDUS de Gratiani Canon. Part. II. Tom. II. Cap. 68. pag. 206. & Cap. 77. pag. 326. ubi nodos solvere allaborat.

profecto si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt: unum quippe, idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius: Constat eos non esse denuo baptizandos, sed primum, utrum Christianus, an paganus ipse Judæus extiterit, vel si postmodum factus fuerit Christianus, investigandum est. Quamvis non prætereundum esse credimus, quid beatus de Baptismo dicat Augustinus: Nam satis, inquit, ostendimus ad Baptismum, qui verbis Evangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam vel dantis, vel accipientis errorum, sive de Patre, sive de Filio, sive de Spiritu sancto aliter sentiat, quam doctrina cœlestis insinuat. Et iterum sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter vivant, aut etiam in hæresibus, vel in gentilium superstitutionibus jaceant, & tamen etiam illuc novit Dominus, qui sunt ejus. Namque in illâ ineffabili præscientiâ multi, qui foris videntur, intus sunt. Et alio loco: Et jam corde tardiores, quantum existimo, intelligunt Baptismum Christi nullâ perversitate hominis sive dantis, sive accipientis posse violari. Porro

E

CA-

CAPITULARIA (n) statuunt: *Si quis baptizatus est à Presbytero non baptizato, & sancta Trinitas in ipso Baptismo invocata fuit, baptizatus est, sicut Sergius Papa dixit. Impositione vero manus indiget. Gregorius Episcopus Romanus, & Johannes Sacellarius sic senserunt.* Ac tandem **EUGENIUS IV.** (o) enuntiat: *In casu necessitatis etiam paganus baptizare potest. Ne in præsentiarum ultra terminum vagemur, nec rem ipsam tangere, nec scrupos, qui non paucos Canonum Cultores cruciant, amoliri, nec cum BOEHMERO (p) curiosius disquirere habet,*

(n) *Lib. V. Cap. 6.*

(o) *in Concil. Florentin. Decret. pro Armen.*

(p) *in Jur. Eccles. Protest. Tom. IV. Lib. V. Tit. 6. §. 53.* Rem ita enodare SYLVESTRO DE PRIERIO in *Summ. Summar. verb. Baptismus. Cap. 3. num. 2.* placet: "Consequenter colligo, quod duobus modis infidelis confert verum Baptisma. Primo, quando ad petitionem alicujus, vel complacentiam intendit eum baptizare eodem modo, quo Ecclesia baptizat quantum ad exteriora, id est, materiam, & formam,

bet, an, cum secundum Canonem CONCILII TRIDENTINI (q) Minister, quisunque demum sit, Baptismum dare teneatur cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, rationabiliter credendum sit, Iudæum verba institutionis recitantem hanc intentionem habuisse, absque blasphemiam, joco, atque irrisione actum immersionis peregisse, ac Baptismum magis, quam ludibrium intendisse. Alioquin enim integra, atque uberior, quam quæ ab HARDUINO (r) conscripta

E 2 est,

„ mam, licet credat Ecclesiam decipi
 „ quantum ad interiora: sicut quando
 „ aliqua vana facimus ad complacen-
 „ dum phrenetico, vel insano. Secun-
 „ dò, quando nihil cogitat immediate
 „ de faciendo, quod Ecclesia facit, sed
 „ fortè potius faceret oppositum, si
 „ illud sciret: tamen ad petitionem ali-
 „ cuius intendit ei conferre, quod ille
 „ petit: & consequenter implicitè, &
 „ mediatè intendit facere, quod facit
 „ Ecclesia: quia hoc intendit petens,
 „ cui ipse complaceret.

(q) *Sess. VII. Can. 4.*

(r) *in Quæstione triplici de Baptismo. Dis-*
fertat. III.

est, dissertatio lucubranda foret, præsertim cum me judice tantum absit, ut Theologi, ac Canonistæ omnia exhauserint, ut potius difficiliora liquerint intacta. Tantum ergo heic notabimus, rationem asserti illius, quod infidelis validè baptizare valeat, vulgo hanc assignari, tum quod divus AUGUSTINUS (s) doceat: *Si inter bonos Ministros, cùm sit aliis alio melior, non est melior Baptismus, qui per meliorem datur, nullo modo est malus, qui etiam per malum datur, quando idem Baptismus datur: & ideo per Ministros dispare Dei munus æquale est; quia non illorum, sed ejus est.* Tum quod divus CYPRIANUS (t)

(s) *Can. 25. de Consecrat. Distinct. IV.* Conferatur idem Sanctus de Baptis. Lib. VII. Cap. 53. ubi dubitans concludit: "Sed nobis tutum est, in eâ non progredi alii, quâ temeritate sententiæ, quæ nullo in Catholico regionali Concilio cœpta, nullo plenario terminata sunt. Id autem fiduciâ securæ vocis asserere, quod in gubernatione Domini Dei nostri, & Salvatoris Jesu Christi universalis Ecclesiæ contentionе robaturum est.

(t) doceat: *Una nobis Fides, unus Dominus, unum Baptisma, quod si ab indigno forte fuerit consecratum, non audet justus iterare, vel corrigere, quod semel est factum: quia per quemcunque fiat, idem est: nec hoc privilegium meritis est datum, sed gratiae, & propriè sibi omnipotentia Dei retinet hunc effectum, tum quod idem, quem mox adduximus, ISIDORUS* (u) doceat: *Hæretici si tamen in Partris, & Filii, & Spiritus sancti attestacione docentur Baptisma suscepisse, non iterum sunt baptizandi, sed solo Christiate, & manus impositione purgandi. Baptismus enim non est hominis meritum, sed Christi, ideoque nihil interest, hereticus, an fidelis baptizet. Unde irrefragabiliter sequitur, infidelem ideo validè baptizare posse, quia Baptismus non munus Ministri, sed DEI, non hominis meritum, sed CHRISTI est, & propriè sibi Omnipotentia DEI hunc effectum retinet. Jam verò an pari modo dicere valemus, Ju-dæum ideo validè præsentare posse; quia præ-*

(t) *de Baptismo Christi, & manifestatione Trinit.*

(u) *de Off. Eccles. Lib. II. Cap. 24.*

præsentatio non munus Ministri, sed DEI,
non meritum hominis, sed CHRISTI est,
& propriè Omnipotentia DEI sibi hunc
effectum retinet? Medius fidius non erit,
qui tam paradoxa vel cogitare ausit, nisi
communi usque adeo sensu careat. Quo-
circa ubi disparitas rationis est, ut etiam
disparitas juris obtineat, necessum est (x);
cùm alias simul inferre liceret, quod infide-
lis sicut validè baptizare, ita & validè con-
ferre possit confirmationem, cuius tamen
collationem non tantùm hæreticis (y), sed
& simplicibus Sacerdotibus (z) negatam,
&, ut cum INNOCENTIO I. (a) loquar,
Pontificibus solis debitam esse non solum
confuetudo ecclesiastica demonstrat, verùm
etiam

(x) BARBOSA in *Thesaur. loc. commun.*
Lib. IV. Cap. 36.

(y) ANTONIUS AUGUSTINUS *Epi-*
tom. Jur. Pontif. Lib. XI. Tit. 9. Cap.
10. § II.

(z) *Cap. 4. X. de consuet.* ibique BARBO-
SA in *Collectan.*

(a) Apud GONZALEZ TELLEZ in *Com-*
ment. ad Cap. 4. X. de consuet. num. 7. §
seqq.

etiam illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit, Petrum, & Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Insuper inferre liceret, quod Laici, uti in antiquâ Ecclesiâ prioribus quatuor seculis validè baptizare, ita & præsentare potuerint, quod tamen ipsis denegatum, & post ex merâ, & speciali gratiâ concessum esse suprà ostendimus, secundùm sacros Canones intrepidè concludentes, hanc meram, & specialem gratiam haud communicandam eis, quibus nec vivis, nec defunctis communica-mus.

§. XVIII.

Cum itaque Judæus secundùm ante adducta Jure Patronatûs profugus exulet, quis tum, quæretur, Jus Patronatûs exercebit? Extemplo respondemus, Jus illud deinceps non competere venditori, quippe qui vendendo sicut castrum, ita quoque Jus Patronatûs castro annexum amisit, adeoque non plus Juris in Patronatu, quam in vendito castro habet. Præter illum etiam nemo aliis existit, qui sibi Jus Patronatûs arrogare pos- sit, cò quod castro, cui Jus Patronatûs co-hærescit, careat. Quid tandem aliud sequi necessum est, quam collationem ad Episco-pum, vel alium Jus instituendi habentem spectare, quippe cum Episcopus, ceu FLO-

RENS

RENS (b), ac THOMASSINUS (c) jam tuum demonstratum ivere, Jure primitivo Ordinarius, atque univerſalis omnium ſuæ Diceceſeos Beneficiorum Collator, & Proviſor clueat, ac per Jus Patronatū ſingulare, utilitatis nempe, ut laudatus FLORENS (d) effert, benignâ fuafione introductum, & dispensativē receptum, *κατὰ δικαιομένων, καὶ συγκαταθεσίν*, ceu quandam ſervitutem primitivi Juris liberum uſum habere impeditus fit. Unde (ſunt verba acutissimi VAN ESPEN (e)) Jure Patronatū, ſive ſervitute illā non operante Jus primitivum uſum priſtinum, & liberum ſuum exercitium recuperat.

§. XIX.

At quid ſi Iudeus vel ad caſtra Fidelium tranſeat, vel prædiuim, cui Jus Patronatū annexum eſt, iterum Fideli vendat, ſive alio modo cedat, num Jus Patronatū reviſiſet? Ad hoc datâ occaſione repondebo, qui jam recitans

D I X I.

(b) in *Traet. de antiq. Jur. Patronat.* ſive *Oper. jurid. Tom. II.* pag. 101. & ſeqq.

(c) de vet. & nov. Eccles. discipl. Part. II. Lib. I. Cap. 33. 34. 35. & 36.

(d) cit. Tom. II. pag. 105.

(e) *Jur. Eccles. univ. Part. II. Tit. XXV.* Cap. 5. §. 25.

MC

Kr 2874

X2368174

